



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Bona Volvntas Optimæ Consentiens. Seu De Sequendo In  
Omnibus Ductu Providentiæ Diviniæ**

**Fouillon, Jean E.**

**Leodii, 1657**

II. Infideles prædicavêre.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54992](#)

## 18      BONA VOLUNTAS

nominandos quidem fuisse arbitror: ut mo  
in rerum natura fuisse nescirentur, qui na  
turâ sese indignos fecerunt, cùm tam exe  
crandis vocibus illam contaminavêre, &  
affectavêre, vel simulavêre, ignorantiam  
manifestissimæ veritatis.

II.  
*Infideles*  
*pradica-*  
*vêre.*      Eo de argumento D. Paullinus Se  
vero scribens epist. 2. *Nox*, inquit,  
*nocti indicat scientiam.* Et vacare  
*jubeor*, ut te, ô Deus, Dominum esse videam,  
*cùm hanc lucem etiam noctes sciant*, hoc est  
*principes vel operarii tenebrarum?* Mens  
*nulla tam obscura est*, si modò mens est;  
*conscientia nulla tam tenebrosa*, si modò  
*sibimet sui conscientia est*: cui lux illa divinæ  
*rationis*, & intelligentiæ, sese negaverit.  
*In promptu est scire*, quod Deus rector  
*omnium est*; quandoquidem *in promptu*  
*est videre*, quod Deus est. *Hoc omnis anima*  
*videt*, ad hoc mens nulla caligat, hoc etiam  
*Infidelium fides recipit.* Placétnē Infide  
*lium aliquos testes adducere*, aut eorum  
*testimonia recitare?* De Græcis selectum  
*unicum*, unicum de Romanis eximum  
*recitabo*: quorsum enim pluribus testi  
*moniis*

ut moniis congerendis bibliothecas compilem? Aristotelem præstantissimi ingenii fuisse ambigit nemo; vitam non integrimam egisse, affirmant multi; de Deo non rectissimè sensisse, suspicantur quidam. Legitur tamen libro περὶ κόσμου apud Stobæum, appellasse Deum mundi κυβερνήτην, ἀντίχον, κορυφῆρον, νόμον, ἡγεμόνα: gubernatorem, aurigatorem, choragū, legem, Imperatorem, qui immotus, citraque ullum laborem regat omnia, & administret. Ipsam sententiam ex ejus verbis, eodem prorsus sensu expressam, reddo. *Quod in navi est gubernator, auriga in curru, coryphaeus in choro, lex in urbe, in exercitu Imperator: id Deus in mundo est.* Præterquam quod illis regere laboriosum est, multique motus ac curarum: huic verò nec dolorem afferit nec laborem, corporeæ omnis infirmitatis experti.

III. *Quid sublimius & magnificentius*  
*Eius imagines ex illis de Deo, ejusque Providentia,*  
*apud Philosophos Christianos audiamus?* Finge tibi mundum navigii instar esse, æstu fluctibusque temporum,

ac